

defunctus recepit operationes potestate sensitue per hoc quod resedit intellectiue per hoc quod incepit loqui. Deinde Christus gaudium matris ac cumulans dedit filium matris sue uiuum et sanum corpore et anima. O quam gaudiose recepit hec uirga filium suum pro quo fleuerat ita quod gaudium illud magis fuit fletu quam prius habuit. quia secundum prophetam primo Elencor. Opposita iuxta se posita magis elucescunt. Sicut calidissimum coram frigidissimo. sic peccator debet gaudere quam anima eius que erat in peccatis mortua per remissionem peccatorum reddi sibi uia uita gratie. et sic matris sue id est ecclesie restituit ei reconciliata. Tertia pars est magnificatio diuini muneris a populo propter mira culum. Accepit autem omnis timor. admirationis dilectionis et reuerentialis et magnificabant deum quia essentialiter magnus dominus et laudabilis nimis. Ideo ex opere bono probat magnus non ex uerbis solum dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis. scilicet in lege promissus. Prophetas inquit moyses deus uobis suscipiat de fratribus uestris. Deuter. xviii. Prophetas ueritatem in promissis potestatem in opere et sermone. sicut illi duo discipuli euntes in emaus dixerunt. Luce ultimo. Prophetas inquam omnium prophetarum de quod omnes prophete apprehenderunt pro

pheta excellentissimum. optimum in bonitate sapientissimum potentissimum cui nullus similis propheta erat nec erit. Et addit in laude eius. quia deus uisitauit plebem suam personaliter sicut medicus uisitat infirmum. quia ipse per se deus cum hominibus personaliter et uisibiliter conuersari uoluit dando uiuendi exemplum. Et per passionem suam dando peccatis nostris remedium a demonis peccate liberando. et nos qui eramus oues errantes ad paradisi gaudia quam amiserimus reducendo. Ad que nos perducit idem Ihesus per secula benedictus. Amen. *Dumca xvij*

Quoniam inuenerit ihesus in domum. Luce. xiiii. In sacra scriptura distinctas legimus duas ciuitates sibi inimicem repugnantes. quarum ciues sibi erat contrarij. scilicet hierusalem et babilonia. Ciues hierusalem sunt omnes iusti humiles et uirtuosi. Babilonis uero sunt pueri. auari. et superbi. Hec ciuitates a principio mundi inceperunt et currunt unacum ciuibus earum usque ad finem mundi. In filijs autem duobus erat. scilicet abel. et caym. Primus fuit ciuis hierusalem. caym babilonis. Secunda precebat primam et occidit primam. Sic in archa noe sem filius noe fuit ciuis hierusalem. caym babilonis. sic dicitur ab abel